



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 141. Scriptores ex Ordine FF. Prædicatorum hoc anno defuncti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

ter tractatum de *idiomatum præstantia*; Sæc. XVII.
in quo libro Cimbricam seu Jütianam A.C. 1610.
Hæbraica lingua præstare, evincere
nititur.

§. CXLI.

Scriptores ex Ordine FF. Prædicatorum hoc anno defuncti,

Inter plures ex Ordine Prædicatorum
Scriptores, qui hoc anno decesse-
runt, paucos duntaxat, eosque cele-
briores recensemus, quos inter pri-
mus est Alexander Manerbius Brescia-
nus in Historicis versatissimus. Scripsit
Sylvam moralem seu allegorias anima-
lium, Sylvarum, montium & flumi-
num, necnon expositionem in Ruth &
Jonam, & commentarios de Religione.
Elegantissimos quoque sermones edidit
Pater Antonius Simeon Parisiis im-
pressos: insuper præter tractatum *in*
Sphæram Joannis de Sacrobosco Ioannes
Renard Flander universam elucu-
brabat Philosophiam. Contra recen-
tiores vero Joannes Montagnolus do-
ctrinam S. Thomæ egregie defendit,
edito hanc in rem Neapoli libro jam
diu expectato, & omnibus Studiosis
summe necessario. Venetiis quoque &

Miræus l.c.

Eckard

Script. Ord.

Præd.

Pp 3 alibi

Sæc. XVII. alibi excusæ prostant ejus defensio.
A. C. 1610. nes Philosophiæ Angelico - Thomilli-
 cæ præter tractatum de valore & fru-
 ctu Missæ: Præterea in sacris literis
 sese versatissimum probabat Ludovicus
 de Sotomajor, egregium Ordinis sui
 decus: scriperat enim eruditissimos
 commentarios in Cantica, in duas epi-
 stolas D. Pauli ad Timotheum, neconon
 in Psalmos quosdam, librum Job, &
 Evangelia Lucæ ac Joannis, obiit die
 vigesima nona Maji anno ætatis sua
 octogesimo quarto.

§. CXLII.

Polycarpi Lyseri decessus.

Memo. Theol.
Wirtemb.
pag. I.
Adam vit.
Theol.

Nonnullos etiam ex Lutheranis Scri-
 ptoribus hoc anno mors abstulit,
 quos inter præcipuum locum sibi ven-
 dicat Polycarpus Lyserus, qui cura
 Lucæ Osiandri Vitrici sui ad Tübingen-
 sem Academiam missus, vigesimo quarto
 ætatis suæ anno Doctoratus lauream
 obtinuit: triennio post ab Augusto E-
 lefiore Saxonico ad Cathedram Theo-
 logicam & Pastoratum Wittenbergen-
 sem vocabatur, eo ipso tempore, quo
 quidam Lutherani Doctores propter
 Crypto Calvinismi suspicionem officiis

suis